

infexa, aculeis geminis divergentibus. *Decand.*  
*pl. succ. p. 151. t. 151.*

*Habitat . . . . .* *b. C.*

*Caulis* spithamei plerumque simplices, compressi, carnosí; seniores uno latere convexi, altero planiusculi, hinc obtuse trigoni apparent. *Petala* subrotunda integerrima, sub lente adspecta, tenuissime fimbriata.

† † *Fruticosae inermes. Caulis nec dichotomus.*  
*nec umbelliferus.*

5 EUPHORBIA *Caput medusae.*

*E. inermis imbricata, tuberculis, folio linearis instru-*  
*ctis, floribus subpedunculatis, petalis palmatis.*

*Sp. pl. ed. W. 2. p. 887.*

*Habitat ad Cap. b. spei. b. T.*

\* 6 EUPHORBIA *Ornithopns* \*).

*E. inermis tuberculata, tuberculis folio oblongo ea-*  
*duco instructis, pedunculis solitariis ternisve uni-*  
*floris terminalibus, petalis tripartitis.*

*Euphorbia Ornithopus. Jacq. fragm. bot. t. 120.*

*Habitat ad Cap. b. spei. b. T.*

*Pedunculi uniflori bracteis binis ellipticis sub*  
*flore instructi. Affinis Euphorbiae Anacanthae sed*  
*flores pedunculati et petala profunde tripartita nec*  
*tridentata.*

\*) Hujus tribus sunt, inter multas novas, sequentes praeci-  
pue memoratu dignae:

EUPHORBIA *aphylla.*

*E. inermis nuda aphylla ramosa, ramis tetragonis, hori-*  
*bus solitariis terminalibus.*

*Euphorbia aphylla. Broussonet.*

*Habitat in Teneriffa. b.*

EUPHORBIA *atropurpurea.*

*E. inermis fruticosa, foliis lanceolatis apice confertis in-*  
*tegerrimis, umbella terminali sessili, radiis dichotomis,*  
*involucellis connatis coloratis:*

*Euphorbia atropurpurea. Broussonet.*

*Habitat in Teneriffa. b.*

*Rami crassitie fere digitii minoris. Folia in apicibus*  
*ramorum conferta sessilia bipinnicaria lanceolata basi an-*  
*gustata obtusiuscula integerrima glabra. Umbella tetra-*  
*nalis quinqueradiata sessilis, radiis dichotomis. Involutu-*  
*cella atropurpurea, dichotomiae oblonga unguicularia,*  
*terminalia multo majora subrotunda connata.*